iuuenes si multi fallitis vnuz. Danus su3 nō Oedipus. Sphingis
enigma non intelligo ab Georgi dixi et q̄ lōgea recto erras itinere
et q̄ facile redires ad viā, si redires ad teipsuz, non es Danus sed es
aspis surda, q̄ cauda obturās aurē suaz, ne audiat voces incātantis
sapiēter, heu miser inq̄ dirā strigez incidisti, q̄ si oēm tibi sanguinē
suctu hausit, quō es totus deuorat⁹ a Lamia. Ah miser exue iaz opa
tenebrāz, et indue arma lucis, et redi ad matres tuaz ecclesiāz catho-
licam, q̄ te genuit, q̄ te mortuū luget, q̄ nos huc misit vt susciteris, re-
di cuz filio p̄digo ad prīs pietatez, scis nec doceri te ē opus, q̄ sit cle-
mēs et benign⁹, et p̄stabilis sup malicia, expectat te Chrūs, et angeli
sancti, de q̄bus d̄r. Gaudiu3 est angelis sup vno peccatore p̄niāz agē-
te redi ad gremiū mris ecclesię, parciť tibi, p̄donat hic erroriuuētū-
ti. Recordare parēruz cognatorū, affiniū, amicorū, et patrię, q̄bus in-
fidelitatis notā hanc inuris, p̄dis hac temētia teipsuz, maculas hoc
scelere genus tuū, cōtaminas hac impietate nostrū hoc seculuz. Ad
hec ille solo fixos oculos tenebat. Nec magis incoepto vultū sermo
nemoiet. Quaz si dura silex, aut stet Marpesia cantes. Et factu

P i

Libet Tertius

quo ad videndum quod ruderet interuallo, mox adiūxi, at postquam p̄stas
in p̄posito, redeo et ego ad p̄positum, noli metuere. Scorgi te a nobis
decipi, neque sumus decipuli, ut tu p̄perā vocas Christi discipulos, quod vix
licet homines piscarentur, hoc est secundum tuam interpretationem deciperent
induco contra te, veritatem non sophismata, quae de Idolo dixi non sunt ex ap̄is
cibus vel app̄dicibus humane curiositatis, sed ex vere philosophiae fū
damētis, adverte quorum cōspectibus astes, licet enim ego et tu forte su
mus Damoeta et Menalcas, non sunt tamen Palemones, qui circūspec
tant. Idolum inquit a me appellat, quicquid aliud a Deo non adorandum ado
rat, ut scōrum vrorum imagines. quibus ego tū etiam cum es adhuc puer so
lebam lapidibus ferire et luto cōspargere. Tūc ego subieci illud Persianū
O curus in terris aīe, et coelestium inanes, et item illud. O miser in quibus
dies ultra miser, hucine res venimur. An nescis quod quicquidie cōcionamur
ad populū adorari et Deū et creaturas, Etenim quod est adorare,
nisi venerari et colere, quod si dicas scriptū est, Deus tuū adorabis, et illi soli
seruies, r̄ndemus adorationis gen̄ esse duplex, vnus quod latrā, aliud
quod dulcia vocat a Grecis. Primo adorationis gen̄ inclinamur alicui
tanquam creatori, tanquam Deo hostias et oblationes offerendo. Secundo incli
namur creaturę quae inclinatio est cuiusdam excellentie p̄statio. De quo
gen̄ dicitur cum in multis scripturę locis, tu precipue quod memoriae
nūc occurrit capite. xxxiij. Geneleos, vbi dicitur quod Rachel et Ioseph
Esau patruum suum adorauerunt. quod ergo penes nos est Petrus et Paulus
hoc penes Iudeos est Moses et Aarō, Neemias, Estras, Dauid,
Samuel, et ceteri vite approbate et doctrine viri. Sctōs. n. v̄
Deos non adoramus. at tanquam Dei amicos amamus, honoramus, veneramur
et colimus. Aliud est regē, aliud est ministros honorare propter regē
Ad hęc ille nequicia sua quasi quadam spiritali apoplexia correptus obmutuit,
et hoc ea de causa, quod ei deerat quod est in conuersatione potissimum, in
spiratio. Bene ergo a Christo dicit. Nemo potest venire ad me, nisi
pater meus traxerit eum. pauca hęc de fide tecum recēsi, scio. n. magna
nā et plus quam dici aut cogitari possit fidei vim inesse, quam si vigilātes

Liber Tertius

custodieris, faciet te omnium amicorum victorem, et omnium calamitatum contemptorem, Propterea Joannes apostolus in prima epistola. cap. v. dicit. Nec est victoria, que vincit mundum, fides nostra, quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est filius Dei: Qui Jesus Dei filius, firmissime credit, dictis eius assentire non dubitat, quod dictis eius firmiter adheret, sed mundum hunc necesse est contemnat atque mundum contemnit, vincit. recte ergo Joannes concludit, mundi huius esse victorem, quod Jesus credit esse salvatorem, et Paulus fundamentum inquit aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Jesus Christus. Adde unam Hieremie sententiam, quam Paulus ad Hebræos. cap. viii. contra Judæorum citat perniciam, vituperans eam Deus Judæos in Hieremia dixit. Ecce dies veniet dicit dominus, et consummabo super domum israel, et super domum Juda testamentum quod feci patribus eorum, in die quod apprehendi manum eorum, ut educes eos de manu Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos dicit dominus, sic Hieremias. Cerne quod manifestum nouo testamento ferat testimonium, quod est oro te consummare nisi complere: vetus testamentum dicitur. i. usque ad Christi adventum fuit inchoatum, fuit imperfectum, et erat quasi mola inferior ociosa, cui nouo testamento mola superior erat imponenda, ut adveniente fluxu spiritus vehementis, hominum intervtraque comprehensa durities, penitus contritionem moleret. Unde Joannes Baptista superioris mole precursor, et nuncius ex evangelio Mat. clamabat Penitentiam agite, appropinquabit, n. regnum celorum, vocat regnum celorum novum testamentum, ad quod curiam esset veteri imponendum, homines quasi triticum vocat ad molendum, id dicit Christus. Erunt duę molętes, una assumet, et altera relinquetur. Erat ergo veteris testamenti in nouo consummandum quod ubi factum fuit, et rei et consummationis huius auctor Christus non tacuit. Sed Hieremie respondens, alta voce mox dixit. Consummatus est. Uide mirabiles dei sapientias, inexpugnabile fidei fundamentum, et nutantis anime solidum firmamentum. Sine dicetis una istarum molarum alteri imposita videretur sentire contra Christum dicentes, unam assumendam, alteram relinquendam, dictum eius summa cum reuerentia sic declaramus, ut dicitur

P ū

Liber Tertius

eamus fides Hebræoz, hoc ē vetus testamentuz dici a Christo ideo
derelinqui, q̄ pars ea que de ceremonijs, id ē sacrificijs ⁊ ea similiter
que agit de iudicijs et de cōtractib⁹ huma nis, per nouā abrogetur
Nos autē nostrā illi dicimus imponi, q̄ retentis ex veteri testamē
to moralibus p̄ceptis, rit⁹ illi Ceremoniales in christi sacrificium,
cuius erāt figura, trāslati sunt, q̄ sit vt lex illa vetus Hebræoz peda
gogus, et derelicta, ⁊ nostra illi imposta dici possit. Nō fuerit etiā
absurdū, si dicatur per molētem derelictā intelligi testamēti veteris
ptes abrogataz, per eam vero que assumēda dicitur designari deca
logum, et Cerimonias, vt ad vetus testamentuz totū id Christi dic
tuz referatur, nā vt dixi quod ē de moribus remāsit intactuz. Ceri
monie vero mutātur in melius. Sed quanq̄ secūdm hāc expositi
onez ad vetus testamētum p̄tinere videat⁹ dictuz Chr̄ isti, reuera ta
mē tangit et nouū, nam illas ptes assumi qd aliud ē, q̄ illas i nouuz
trāsformari: Te igitur sepi⁹ interroga an p̄fecte credas, si firmus fu
eris, nihil est qd tolerare iā non possis, sin autē infirmum te sentis,
dic Christo euz apostolis. Auge nobis fidem, nā si quis indiget sa
piētia postulet a Deo, et dabitur ei. Postulet autē in fide nihil hesi
tās, et memēto q̄ qui Deo credit, euz honorat, q̄ vero nō credit men
dacez facit, quo nihil esse p̄t indignius, detestabili⁹, perniciosius.

De spe et charitate

Caput. xiiij.

Receto aliquātiſper ad fidei familiam, spem et charitates. Ut
breui quadā anacephalēosi magis earum pateſcat ingeniuz,
et quicq̄d dicitur, erit ex theologoz officina deproptuz. Spes igit̄ ē
habitus volūtatis, quoad eoz desideriuꝝ inclinamur, que fides polli
cetur, desideriuꝝ at eozum est bonoz, que nō habētur. Sed quonaz
pacto tres iste virtutes theologice ſint discrete breuiter explicabo, ſi
tes (vt ante dixim⁹) ſic intellectuz afficit, vt his tantuz faciat assen
tiri, q̄ ſcriptura ſacra cōmuni reuelatione cōplexa eſt. Eſt autē cō
munis reuelatio, que ſaluādis vt ſaluent credēda p̄ponit, ſunt ⁊ alię
quędaz reuelatiōes nō cōmunes ſed ſpeciales, vt Joānis Apocalyp

Liber Tertius

his, que et si vera est, et ei cui ostēsa fuit intellecta, nobis tamen quia
que necessario explicite sunt credenda, nō continent, clausa et occulta,
In intellectu igitur est fides. Spes autē et charitas in voluntate,
voluntas operationes habet et quietes, negociuz et ocium. Operatio
eius duplex, vna qua velit, altera qua nolit. Vtriusq; negatiō est qui
es, quod theologī exprimunt per non velle, est autē operatio melior
quiete, velle quoq; q̄ nolle prestātius. Velle item duplex propter se,
et propter aliud, p̄mo frui dicimur, secūdo vti. fruimur. n. euz prop
ter se. Utimur vero cū gratia alteri^o meliori, q̄d p̄iaz amam^o, vt pa
nē propter vitaz. Frui q̄q; duplex. Nā et quoties aliq̄d euz possessio
nis desiderio, et quoties idēz possessionis respectu nō habito sui grā
amamus sic vtraq; opatione frui dicimur, vt duos amores duobus
vocalibus illuz sp̄i, istū charitatis nūcupemus, et si dicas secūdum
hec dicta nō videri spes ab vsu differētes, vtpote que sicut et vsu q̄d
p̄iaz p̄pter aliud, vt Deus propter nos diligam^o. R̄ndeo non omēs
amores esse vsuz quo refertur ad aliud q̄d amat, sed euz tantū quo in
melius ordinam^o quod amat, sed omittam^o in p̄sentiaz theozema
ta ista subtiliora, tunc repetēda cū theologīcis q̄stionibus acri^o inten
demus. At qz vna oppositorū est disciplina, de desperatione aliquid
quomodo scilicet generet, adūciāz. Cuz volūtas sibi deuz desiderat
ac sperat, si decepta ratio id esse obtētu impossibile dicat (neq; n. nisi
decepta id dicet) volūtas qz impossibiliuz nō est electio, deuz vel nullo
amplius modo vel sub cōditiōe. puta si obtinere possz, desiderat, et
horuz vtrūlibet. i. vel nullo modo, vl' euz ea cōditiōe diffidēdo expe
teret, tristitiam quandaz parit in volūate, q̄ vna satis est ad despa
randum. Judas in vltimo illo submersionis sue naufragio veniam
sub conditione, hoc est si possibilis esset, exorabat, sed quia decepta
ratio id factu impossibile nūciabat, desperatione adductus laqueo
se suspēdit. Est igitur a natura sp̄i aliena cōditiō, sed forti atq; anī
mosa fide sperāduz est. Nā sub cōditiōe aliq̄d expetere, nō est spe
rare, sicut sub conditione velle non est simpliciter velle, vt qui mer

Liber Tertius.

ees vult ne moriat, p̄icere nō vult simplicit̄ p̄icere. Cōditōib⁹ igitur impone silētiū, et alteri⁹ vitē bona simplicit̄, et absolute sperare cōsueſce. S; qui vult efficacit̄ sperare, oportet euz firmissime credere. Propterea desperātib⁹ us p̄suadem⁹ vt credāt. Et Chriſt⁹ apud Mattheuz dixit paralitico. Cōfide fili, et duob⁹ coecis. Creditis inquit, q; hoc possuz facere vobis: R̄nderunt. Utiq; domine. Tunc tetigit oculos eoz dicens. S̄cōm fidez vestraz fiat vobis: Sed de his hec hactenus, iā ad longanimitatē tranſeam⁹.

De longanimitate.

Ca. xv.

Longanimitas ſt̄tus est ad patiēt̄ie ſubſidiū, ad inuēt̄a, eius nanq; est longinqua. ac magno t̄pis interſtitio remota bona cōſtanter aggredi, et inter expect̄ aduz nullis iūrijs frāgi, nullis difficultatib⁹ abſterri, nullis p̄turbatiōib⁹ in fugā ſ̄ti. Lōganimitas igit̄ patiēt̄ie bacul⁹ est, cui⁹ adm̄ iniculo diutius ſubſiſtere, et pluit̄ lentā hanc ac lubricā vitam ſine lapſu et caſu poſſit incedere. Spem quoq; adiuuat virtus iſta, nā bonuz q̄d ſperat̄, etiā ſi in immenſum differat̄, ſuadet expect̄ aduz. Floruit at̄ iſta ſt̄tus in p̄phetis maxime et patriarchis, q̄ venturum Chriſtu; a lōge vidētes, et in fine ſeculor̄ natiūz fortiter ac lōganimit̄er expectabāt, et ideo dicti ſunt lōganim̄es in ſpe. hinc illa vox Jeſaię p̄phete. Utinā diſrūperes coelos et deſcēderes, et illa. Mitte que; miſur⁹ es, et iſte quidem voces ſunt ſpei. Audi iā longanimitatē. Expecta (inquit Dauid) dñm viri liter age, cōfortet̄ cor tuuz, et ſuſtine dñm. Est et illa apud Jeſaiam lōganimitatis vox. Expectabo dñm q̄ abſcōdit faciez ſuam a domo Jacob, et p̄ſtolabor euz, et alibi. Si moraz fuerit expecta euz: Hec igit̄ ſt̄tus p̄pter expectādi difficultatē inuēt̄a est. Nā difficile expectatur ea q̄ ardēt̄er amata nō ſtatiz habēda, ſed lōge poſita eē iudicatur. Hinc illud quod in p̄ma noſtra Parthemice dixim⁹. Spes est lōga dolor, p̄miſſaq; munera amāti. Expectare diu labor est, et pondus iniquū. Sicut igit̄ magnanimitas in magnas, ita longanimitas in res q̄ lōge abſunt, v̄ abeſſe putatur an̄iōs leuat, et inter cun̄di

Libertus Tertius

mētez ne cōcidat, p̄seuerātia sustinet. Nā pleriq; duz ad ea p̄ longa
nimitates p̄gunt, q̄ procul apparēt, q̄si iuuetuz in via lassuz diuer
ticula q̄runt, ab onere terguz, a iugo ceruicēz subrahūt, z nōnūq; ali
quātis p̄ ex orbita declināt, inuētuz ē igit̄ funis q̄daz, q̄ (quali The
sei filū) extēdit lac animi manu tētuz, nec ac dexterā, nec ad sinistraz
errare p̄mittat, sed vsq; in finez itineris ne sit opus quiete sustētat,
hęc est igit̄ p̄seuerātia, q̄ difficultatez patiētē diuturnitate surgē
tez lenit, et quasi ambrosiē succo, vires laborātis instaurat. Et quē
admoduz p̄seuerātia peculiarit̄ contra tolerādūz fastidiū, sic aduer
sus om̄e q̄d se obijcere p̄t impedimētuz cōstantia militat.

**Anacephaleosis dictoz. z q̄ nō recte dicit̄ a theolo
gis volūtas ātcedens z p̄sequēs in deo. Ca. xv**

Sed anacephaleosis facio eoz q̄ dixim⁹, circa difficilia (teste
Aristote.) s̄atur s̄tus, sicut ergo multiplex difficultas, ita
q̄q; s̄tus ē multiplex, difficultas ē magna subire picula, hęc fortitu
do demollit̄, difficultas ē inter tolerādūz tristitia nō vinci huic diffi
cultati patiētia se subijcit, difficultas est q̄ de futura vita dicūtur cre
dere ac sperare, in hoc spes et fides suppetias ferūt, difficultas est lō
ge distātia bona diuturna anī suspēsiōe morari, huic lōganimitas o
piculat̄, difficile ē nouos casus q̄t̄idie cōtra nos emergētes equanī
mit̄ ferre, huic p̄stātia p̄stat auxiliū, dū lōginq; bona pia lōganimitas
te expectam⁹, difficile ē mentis nō icurrere lassitudiez, tenere sp̄ intē
tā cordis aciez nūq; obdormire, nūq; hallucinari, nūq; ab icoepto
ope diuariari, occurrit huic piculo p̄seuerātia, z ita fit vt p̄stare tibi
possit, deuz et naturaz nihil p̄termisisse q̄d hōi ad beatā vitā possit
cōferre. Et hoc nimirū est q̄d theologi dicūt deuz velle oēs volūtatē
āncedēte saluos facere, s̄z volūtatē p̄sequēte quos daz tm̄, iuxta illud
M. Multi s̄z vocati, pauci s̄o electi. Ego at̄ non āncedente et p̄sequen
te, sed āncedentis z p̄sequentis debere dici existio, vt p̄ hoc inuat̄ de
uz oēs ideo saluos fieri velle, q̄ om̄ibus (vt dixi) palam foecerit, atq;
cōmunicauerit ea que āncedere debeant ad salutes, hęc at̄ sunt lex z

P. iij

Libet Tertius

virtutes, ex quibus tanquam ex antecedente sequitur beatitudo tanquam consequens. Sicut apud dialecticos dicitur premissas esse antecedens, conclusiones vero quae sequitur ex premissis esse consequens. Licet ergo deus non de omnibus consequens, hoc est beatitatem, tamen velle dare ideo videtur, quod dare vult et dat antecedens ex quo per syllogismum recte operationis inferat consequens beatitudinis. Sed quod maior pars mortalium dum contemptum habet formam huius illationis, perdit felicitatem illius consequentis, dicitur deus velle nos saluari, quod per liberalitatem suam dat antecedens, et non velle nos saluari, quia per segnitatem nostram non dat consequens, hanc virtutum habitus, consuetudinesque longo iniustas exercitio possumus naturaliter quidem habere, operationes autem secundum eas usque in vite finem integre producere, sine dei peculiari auxilio certe non possumus.

Quaerit quare deus odium habeat ociosos C. xvij.

Olanda igitur opera, ut in his exerceamur, nulla namque sine exercitio factus, nulla ars sine usu esse potest, usu autem pariter conservatur, augetur. Nec negauerit Deus vno momento posse omnes virtutes nobis implere. Sed ipse semper et ubique detestatur ociosos, eas quas nobis contulit vires ad usum et exercitium vult conferri. Dixit enim operarius: Quid statis hic tota die ociosi: ite et vos in vineam meam, et quod iustum fuerit dabo vobis. Sed cur pigris et inertibus aduersetur, duas in praesentia causas inuenio, vnam, quod huiusmodi homines dum segnitatem sequuntur, maxime dissimiles deo efficiuntur. Deus namque natura est actuosissimus, Christo dicente. Pater meus usque modo operatur, et ego operor. nec voco Deum actuosum, quod cursitet aut saliat, ut histrio. Sunt enim opera eius sedentaria, sed solida, assidua, penuria. Et propterea fuerit theologus, qui scitissime dixerunt, substantiam illam in finitam, quam Deum vocamus, ab actu magis quam ab habitu debere appellari, et ex vocabulis ea deo potius conuenire, quam operationibus, quae quae potentiam operandi significant, ut rectus nomen dicitur docens quam doctor, datus quam dator, regens quam rector, diuina namque operatio non sicut nostra temporaria, sed essentiae suae coeterna tanta firmitate subsistit, quanta et essentia. Alteram, quod omnis rei perfectio

Libet Tertius

(teste Aristotele in libro de coelo) sita esse videtur in trinitate, hoc ē in essentia, potētia, et operatione, essentia, vt anima est potētie radix et fundamētum, potētia puta itelligētia in essentia anime, est ram⁹ in arboris caudice, operatio autem vt intellectio quasi dactyli in termitibus palmę q̄ ergo p̄ocius cessat ab operatione, videtur naturam fraudare vltima sua p̄fectiōe, et iniuriā opifici nature irrogare, q̄ eā non eo vsq; p̄ducatur, quo ip̄e perducēdas instituat, sicut agricolā p̄culdubio offendit qui arbozem ne fructificet, facit, propterea dicit a Joāne Baptista in Matheo. Omnis arbor que nō facit fructū bonuz, excidetur, et in ignem mittetur. Tantum igitur vigilātia nostra molliatur, tantum industria se acuat, tantum ratio se extollat, vt in dies magis p̄ficiēdo ad s̄tutes, et ad bonos mētis habit⁹, q̄ sunt fœlicitatis instrumenta, perueniat.

De quattuor nouissimis. et primo de morte cum declaratione dicti Empedoclis de lite et amicitia. Ca. xviij

H Maiorē huius sanctę ac salutaris disciplinę p̄fectuz quattuor adiumenta querēda sunt, que nō extimētur ideo cōtemnenda, q̄ vulgata, sed poti⁹ p̄pterea amplexanda, q̄ vtilia, et p̄fecto nō alia fuit diuulgationis ratio, q̄ multiplicis vtilitatis cognitio. Hoc autē dixeriz propter eoz p̄auaz cōsuetudinez, q̄ sine respectu vtilitatis familiaria om̄ia contemnūt, et vsu quotidiano p̄rita fastidiunt, quos epigrammaticus poeta notat, dicēs. Et pueri nasum rhinocerotis habēt, nos s̄o nugis posthabitis, saluti cōsulentes, q̄cū quid p̄dest, quanq̄ sit vile cōmune, triviale, semper aplectimur tāq̄ rem p̄ciosaz, negocio accōmodatā, et opportunā. Quattuor ergo adiumenta sunt ista. Meditatio nouissimoz. Lectio scripturarum. Imitatio s̄ctōrū, et Supplicatio. Nouissima sunt q̄tuor. Mors Infern⁹, Paradisus, et Iudiciuz. Ad naturā mortis enarrandam mihi offert quod dixit Empedocles fieri. s. om̄ia per lites et amicitiaz, amicitia autē est gnatio, q̄ disūcta hoc ē corpus et animā, et quatuor

Libri Tertius

tuor in corpore elemēta cōglutinat. Lis est mors quę cōiuncta dis-
sociat. Nā corrupta elemētorū harmonia lis exoritur, et calore in hu-
miduz seuiēte seq̄tur desiccatio, quā incinerationez medici vocant,
ex incineratione ꝑo hoc est ex radicali humidi cōsumptione mors nas-
citur, mediuz inter litē et amicitia hoc ē inter gnationē et mortem in-
terstitiuz, quies ē contrariorū inter se pugnātiuz. Licet enim semper
pugnēt, tamen vocari ꝑt amicitia, q̄diu nō est pugna pemptoria, et
eaz quietē q̄ sunt instar pacis inducię q̄dam, appellare solem⁹ morta-
lez vitā, quā vt volūt Astronomi coelū, vt theologi ꝑdicāt, Deus
vt ego sentio vtq; dispensat, cōseruat, et limitat.

¶ An mors corporis sit naturalis

¶ Ca. xix.

H vero mors sit naturalis abigitur et ꝑfecto q̄d naturā des-
truit, eiq; aduersat, dicēduz naturalemō videt. Qd̄ itez a ꝑn-
cipio venit intrinseco, naturale id ē manifestuz, et hoc in ij. libro de
phisico auditu ꝑfirmat Aristo. dicēs, in hoc differre naturalia ab ar-
tificiois, q̄ hęc a ꝑncipio extrinseco, illa ab intrinseco habēt motionē
et hoc vtrūq; in morte ꝑspicimus, naturaz em̄ destruit, q̄d est mani-
festū, et sit a causis nobis intrinsecis. Nā corpus aiatuz causas quib⁹
dissoluit intra se habz, calorē. s. naturalem, quo radicalis humor
erodit, et quanq; cibo et potu noua supinfundat humiditas, nō ē tū
aduenticiū hoc humiduz ꝑiori cōparādum, et nature eque affine et
amicuz. Huic alimētouz defectui est anectenduz viz nutritiuā in
nobis fatigari, ac indies inualidā fieri, et in horas magis euadere re-
parādis corporib⁹ nostris imbecillā, q̄ fit vt corp⁹ pedetentiz vitiet,
et fiat assidue deteri⁹ et anime magis inhabile et incōmoduz, et ad vi-
te munia min⁹ idoneuz. Cū igit̄ mors (quę nihil est aliud q̄ vitę ex-
tinct⁹) hoc pacto ab intrinseco inducat, certe ꝑficiat a natura videt
et ista q̄dez est nostra sententia. Sed neq; ꝑtereunduz hic naturaz plu-
ralitatez inesse corporibus, natura em̄ dicitur materia et forma, et ipm cō-
posituz. Vñ sit vt naturaliter fieri possit q̄d ꝑiam multipliciter dici
ex alto cadere naturale id materię, hoc ē corpori, cui grauitas a natu-

Liber Tertius

ra est insita. Forme vero neque naturale, neque contra naturam, utpote elementorum experti, et que est a fermento aliena corporeo. Atque intelligere naturale est anime, cuius vis intrinseca est intellectus, composito et homini naturale est ridere, audire, loqui, ambulare, quod istorum non in parte, sed in composito sita principia, magis tamen in anima. Propterea (ut bene dixit Aristoteles) nature nomenclatio dignior est forma, mori ergo naturale est corpori, naturale et homini secundum corpus, anime vero contrarium, hoc est non mori, et per sequelam homini naturale, que fit ut debita sit ei resurrectio, que postquam moriendo factus est satis nature corporee, satis fiat et spirituali resurgendo. Propterea dogma est catholicum remanere in animabus inclinationes ad corpus eternas, donec a Deo datore formatus ab invicem disiuncta iterum coniungatur: Non ergo ut obiectioni preme respondeam, mors homini infligit ut destruat, sed ut nature et voluntatis diuine seruat semper ordine deducat caro ad esse spirituale. Hinc illud euangelicum. Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructus affert, propterea et ab apostolo mori dicitur seminari cuius inquit, seminat corpus animale, ut surgat corpus spirituale, si est corpus animale, est et spirituale, sicut scriptum est, factus est primus Adam in animam viuentem, nouissimum Adam in spiritum viuificantem. Adas apud Hebræos homines significat, et sicut apud nos homo ab humo, sic apud eos Adas ab Adama quod terram significat deriuat. Videtis iam quomodo mors homini naturalis. Sed et alijs modis naturale quod dicitur, naturale namque est et quod alicui speciei ut igni, et quod ree nature communi, et quod sit placitum etiam deo soli, ascensus igni naturalis quia leuis, at si natura communi vniuersone scissura fiat, ne scisma in rebus accidat, ne mundi continuatione dissoluta vacuum quod abhorret intercitat, ignis demittat erit mors ille igni contrari, vniuerso tamen naturalis, sicut latroni mors, latroni aduersa, ciuibus propitia, quod si etiam nature communi quecumque repugnans Deo placuerit, ut quod exelum staret retrogradiat, id quod imo maxime dici naturale dignissimum tanto enim naturalis appellatio est verior, quanto vni fluit causa est altior.

Liber Tertius

At suprema omnino natura est deus. Cui obedire toti inferiori naturae est naturale. Simpliciter ergo homini naturale est mori, et naturale resurgere, quoniam sic ab opifice omni natura statutus est

Opiniones variae de morte

Caput. xx.

Mortis meditationem summam esse philosophiaz dixit Plato. Nihil est enim quod magis aut eque appetit luxuriaz premit, et ad rationis regulam mores componat, quam semper ingruentis mortis meditatio. Apud Sertas, et Thracas, quidam feri sunt, et ad mortem paratissimi, quod redituras putant animas obeuntium. Quidam et si non redituras, non extingui tamen autumant, sed ad loca beatiora transire, alij mori quidem, sed id melius esse quam vivere. Foemine super virorum cadavera interfici, simulque sepeliri votum eximium habent, apud quosdam eorum puerperia lugebantur. Et has apud illam gentem opiniones disseminasse putandus est Orpheus, qui fuit indigena magni vir ingenij, et poeta suavis loquentis singularis, qua barbarorum animos demulcente, sylvas et saxa, hoc est sylvestres et saxeos homines ad ritum quoscumque libebat traducendi liberam praeterea habebat, dies natalium tristes agebantur, funera vero quasi sacra cum lusu et cantu iucundissime et cum summa hilaritate celebrabant, et recte quidem. Nam cum nascimur peregre proficiscimur, incerti quod iter, quod hospitium, quem vitam terminum sumus habituri, et cum morimur finita peregrinatione, in antiquae matris gremium reuocamur, peregrinationem hanc peccatores produci, sancti vero breviter semper rogant, hinc David inquit, Deum mihi quod incolat meus prolongat est

De multiplici genere mortis corporalis. et non esse tempus metendi post mortem. Caput. xxi.

Sed multipliciter et non vno modo mors dicitur, nam est mors hominis, qua homo dissolvitur, et voluit quidam theologi hominem, et omne totum quoddam tertium esse propter partes, quod earum et coitu resultat, et abitu dispareat, et id esse aiunt, quod morte totius dissipet. Est et alia quidam mors corporis, qua ulteriori resolutione reuertitur in ea, ex quibus constabat elementa. Prima si in Dei timore, si in pietate

Liber Tertius

re et religione hominem repperit, bona est de qua dicit. Preciosa in
conspectu domini, mors sanctorum eius, si peccatores impenitentem
repperiat, mala est. Ideo, quod ut prima est foelicitas, sic ista est miseriam
piternae principium. Quoad mortales hanc vitam vivimus ex virtute
in vitium, ex vitio in virtute arbitrio nostro transire permittit, at postea
quod de corporis huius tabernaculo eieci debitu nature persolvimus,
nec a vitio in virtute, nec a virtute in vitium est transitus. Tunc enim
et viatores esse desinimus, et promerendi ac commerendi status amito
timus. Vocabatur ab antiquis viatores nuncij ac ministri magistras
tuum, qui homines ex agris accersebant. Nostri autem viae appellatio
nem ab vitam hanc transferunt, ait enim Gregorius, In presenti vita quasi
in via sumus, qua ad patriam pergimus, maligni autem spiritus iter nos
trum quasi quidam latruculi obsidet. Cum hac ergo vita quae morte ter
minatur finiuntur, non peccata, sed merita, quicquid enim et in paradiso
recte agitur a sanctis, et in inferno peccata a damnatis, ideo meriti
rationem amittit, quod extra viam fiat, et enim vita est ager, vita est theatrum
vita est olympia, ubi spectantibus arbitris propositis coronis decertat.
Ubi sunt coronae finitis certaminibus distributae, qui amplius certat
non ut coronetur, sed ex virtutis liberalitate decertat, non negaverit
tamen et tali certamini, si certamen id dicitur ubi non laborat, posse etiam
multa dari corollaria, a Deo maxime. Qui potest poenas damnatorum
et etiam augere gloriam beatorum. Quales morimur, sine boni siue mali, tales
euri semper egredimur, hoc excepto quod sicut boni melius sic mali sunt se
peius habituri. Qui mutari vult, in vitam mutetur, nam post mortem tan
ta est alterius vitae severitas, ut in ea sicut singuli incipiunt, ita perse
verant, illic ubi nox est, nunquam illucescet. Ubi dies est nunquam lucis nis
grefcit occasus. Hinc Jacobus de patre luminum mentionem faciens apud
que dicit non est transmutatio neque vicissitudinis obumbratio

De multiplici genere mortis spiritualis cum excusatione Plato

Sunt genera duo mortis spiritualis, vultus **C**a. xxij.
nuz quo spiritus et Dei timor in nobis expirat, alterum quod vis

Q i

Libet Tertius

ria et vitioꝝ fomēta mortificat. De p̄mo dixit Chr̄s. Sine mortu-
os sepelire mortuos suos. Mortuos em̄ appellauit q̄ s̄culo, appeti-
tū, qui diabolo seruiūt, q̄ p̄raue cōsuetudinis sepulchro inclusi nec
grē coelestis acere attrahūt, nec Dei sp̄m cōcipiunt nec ad legis man-
data se attollūt. De sc̄do sp̄ualis mortis ḡne d̄r a Pau. ad Ro. ca.
vi. Qui mortu⁹ est, iustificat⁹ ē a pctō. Si s̄t mortui sum⁹ cū Chr̄s-
to credim⁹, q̄ simul etiā uiuemus cum illo, ⁊ paulo infra. Ita ⁊ vos
existimate vos mortuos q̄dez eē pctō, uiuētes s̄t Deo in Chr̄o Jesu
et quō hac morte moriēdū sit d̄r. Nō ergo inq̄t regnet pctm̄ in vrō
mortali corpore, vt obediatis cōcupiscētis eius, sed neq̄ exhibeatis
mēbra vestra arma iniquitatis pctō, sed exhibeatis vos Deo tanq̄ ex
mortuis uiuētes, et mēbra vestra arma iusticię Deo, hanc mortē dix-
it Plato licere vnicuiq̄ sibi inferre, quod ab euāgelica et apostolica
doctrina nō discrepat, vtz nōnulli hoc nō aduertētes, ⁊ Platonem
de cōi morte loqui calūniātes duz euz incōsulte criminātur de mani-
festa ignorātia condemnātur. Mortis meditatione sic decursa, si cō-
quiescere videas appetitū, et irascibiles tuā infrenari. potes quoz um-
libet mētis tuę clauū inflectere, ⁊ quasi iā cessauerit tēpestas remis-
sius habere studiū gubernādi, q̄ si adhuc recalcitrat. cataplasma ali-
ud adhibēduz, et mox p̄ferenda est infernalis barathri recordatio,
vt sicut estuās lebes in fulis aq̄s, ⁊ fremens equus verberib⁹ incussis
sic feruor appetit⁹ eterne miserię ostensione restrict⁹, remittat feruo-
rem sue temeritatis, nā rei tristis sola memoria dum dolorem ciet̄ in
sensu, lasiuitiā extinguit in appetitu.

De loca damnatorum qui d̄r infernus Cap. xxiij

O damnatoꝝ loc⁹ vt est sc̄toꝝ cois opinio, nō sub ipso globoꝝ
vt Iūdo. putat, sed in ipsi⁹ globi terrest̄is medio, tellure ip-
sa sinū ⁊ q̄si aliuꝝ apiente credēdus ē. Iūdoꝝ autes dixit futuz esse
vt post iudiciū, solis ⁊ lunę orbes ita firmētur, vt huic nostro tātū
hemispherio lucē infundāt, dānatos t̄o in sempiternā noctez alteri
us hemispherij relegādos, vbi esse a multis putātur Antipodes, s̄

Libet Tertius

hec est iam pridem explosa sententia Naz in medio terre ventre non in tergo loca illa infamia, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, ponit ecclesie sancta credulitas, et credulitati huic ratio non dissentit, decet. n. eos qui obstinate a Deo per prauam voluntatem et morum obscenitates discesserunt, ad infirma trudi, et a conspectu solis et coeli, vbi Deus est sedes, sub scabellum pedum eius, hoc est sub terram de qua dicitur terra scabellum pedum meorum, mitti, vt sic impleat quod dicitur per prophetas **Sede a dextris meis Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, nec sub terram solus, sed etiam in terra preter abditissimam, et coelo remotissimam, et mundi centro cognatissimam imitti debet in terram, in quam misericordie et misericordiarum optata mortis caligine et a Dei bonitate, et a naturae beneficiis, et a coelorum influxibus derelictas.**

Opinio antiquorum gentilium de inferno Ca. xxiij.

Nominino vanus est quod poete gentilius cecinerunt, apud inferos esse stygem, acherontem, lethen, cocytum phlegetontem Strygem legimus esse aquas ad nonacrim Arcadie regionem, ex altissima saxi crepidine distillantes, tam violente frigiditatis, et naturae tam atrocis, vt in ea neque argenteus, neque cretus, neque ferreus vas possit subsistere, sed mox dissiliat ac dissipet. Strygos hydor appellat. Conineri et conseruari posse autem vngula tamen mulina, et ea Regem Alexandrum ferunt enecatuz. Est etiam similis ingenium et nominis aqua, et in Achaia ad Pheneuz urbem, et in Thessalia ad Peneum amnem. Acherontem Serui dicit esse locum non procul a Baiis in Campania, montibus vndique clausus, et patet tamen ad meridiem soli. Ubi Aeneas Miseno, et Ulyxes Delphoz oculos necromantibus exercere, est et Acherusia specus in Asia ad mare euxinum per quas cerberus ab Hercule tractus fabulatur, tam profunde voraginis, vt illinc credat descendere ad inferos. Lethes fluius et in Hispania et in Africa circa extremum sycitium cornu, vrbem abluens Berenicem, de quo Lucan. Quam iuxta Lethes tacite prelabitur amnis, Infernis vt fama trahens obliuia venis. Nec autem attigerim, vt ostendatur antiquorum opinionem fuisse apud inferos omnium eorum esse congeriem.

Q. ij

Liber Tertius

que apud nos leguntur tetra, dira, horrenda pestifera.

Ratione naturali persuadetur esse omnem immundiciam apud inferos

Ca. xxv.

Quod redendum est enim aquis undique in eius locis dilabentibus tamquam in totius mundi sentinas et cloacas comportari bitumen et sulfur, et omnis terrene molis immundissimas sordes fierique odorem multo tetriciore quam in scaptisula apud grecos et in auerno apud campanos, et asphalto apud Iudeos. Terra enim ingentibus perforata cavernis, et antroz lorge lateque vagantibus suspensa fornicibus capacissimam ac sordidissimam, alium suam longissime extendit. fuit in ea (sicut in plerisque terrarum locis aspicitur) eterna materie semper ardentis incendia, et nemirum sit aut incredibile quod de inferni recitatur incendium, (proterius ea que dicuntur ab Augustino et reliquis autoribus Christianis) subiicit hic ex Plinij libro secundo naturalis historie capitula tria, scilicet cvij, cvij, cix. sic enim inquit, In comagene urbe Samosata stagnum est emittens limum (maltham vocant) flagrantem. Cum quod attingit solidi, adheret, proterea tactus sequitur fugientes, sic defenderunt muros oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis suis, aquas etiam acceditur, terra tantum restingui docuere experimenta. Similis est nature Naphtha (ita appellatur) circa Babyloniam, et in Austage nis Parthie pfluens bituminis liquidi modo, huic magna cognatio ignium, transiliuntque protinus in eam undecumque visas, ita ferunt a Medea pellicez cremata postquam sacrificatura ad aras accesserat corona igne rapta. Nec in montium miraculis ardet Aetna noctibus semper, tantoque quo ignium materia sufficit, nivalis hybernis temporibus, egestumque cinerez pruinis opiens. Nec in illo tantum natura seuit exustiones terris denuncians, flagrat in Phaselide Licie mons Chimera, et quidem immortalis diebus ac noctibus flamma, ignez eius accendi aqua, extingui vero terra aut foeno Suidius Celsus tradidit, eadez in Lycia ephesti montes tecta flammante tacti flagrant, adeo ut lapides quoque riuorum, et harenz in ipsis aquis ardeant, alitur ignis

Liber Tertius

Ille pluujs, baculo si quis ex his accenso traxerit fulcos riuos ignis
sequi narrat, flagrat in Bactris Cophati noctib⁹ vertex, flagrat in
Medis et Cestia gente cofinio Perisdia. Suis qdem ad turrin
albam quindecim caminis maximo eoz, et interdum capus Babylo
nie flagrat quadam velut piscina iugeri magnitudine. Itē Aethiopū
iuxta Hesperuz montē stellaruz modo campi nocte nitent. Simis
liter et in Megalipolitanoz agrotaz et si intern⁹ sit ille iucundus,
frondēq; densi supra senemoris nō adurens, et iuxta geliduz fontes
spardēs. Nymphē crater dira apolloniatis suis portēdit, vt The
opop⁹ tradit, auget imbrib⁹, ingeritq; bitumē tēperandū fonte illo
ingustabili, alias omni bitumine dilutius. Sed quis hęc miretur?
In medio mari Hiera insula ardet, Aeolia iuxta Italiā cum ipso mar
ri arsit per aliquot dies sociali bello, et donec legatio senat⁹ p̄iavit,
maximo tamē ardet incendio Theonochema dictū, Aethiopuz iu
gum, torretēsq; solis ardoribus flammaz egerit, tot locis, tot incen
dijs rerum natura terras cremat. Sic Plinius ad solum. Quo fit
vt mirum videri nō debeat, si in terrē aluo dicatur id esse, quod fere
passim cernitur in superficie, ignis ergo q̄ in obscuris illis cōcavitatib⁹
migrātes attollit flāmas fumi, et nebulaz globos exhalat, qui diu per
opaci carceris tract⁹ amplissimos euagati, postq; nulla ad egrediē
dū spiramēta reppererint, in se cōtorri reuertunt in ignes, fitq; flā
marū et fumi calos immensum, illic dānatorum est habitatio, qui
assidue coguntur cœca hęc incendia contēplari, tantaq; ex hac inuita
cōtemplatiōe, quā in eternum suppliciu sibi a Deo dataz cognosc
cunt, surgit indignatio, tātus impatiētis animi furor exardescit, vt
omni rationis vsu posthabito coelo et terrē ac Deo ipsi p̄centur exci
dium. Et quoniā vis cōcupiscibilis, boni placētis absentia, et poenē
displicētis sentit offensioē, irascibilis quoq; desideratē quietis ne
quit a concupiscibili impedimenta repellere, fit in animo moeror et
luctus, et sine vlla cōsolatione cordoluz, hęc autes p̄dicti poetē p̄
illa quinque flumina, quę apud inferos ponunt, mystice designarūt.

Q. iij

Liber Tertius

Stryx em̄ est odiuz, Acherō tristitia, Lethe obliuio, Cocyt⁹ luctus
Phlegethon ardor, Odium Dei atq; iusticie, tristitia de poenarum
acerbitate, obliuio charitatis et spei. Luctus ex poenaz eternitate,
ardor ex conscientia culpe, ardor itez corporis post resurrectionez,
quod iugiter ardebit, et nō cōsumet, terit illic mors eterna, qz imoz
talis miseria, que supremo bono. i. beatitudini opposita, p̄t summuz
maluz appellari, duo isti st; fines vltimi bonoz et maloz, qz euz ad il
luz p̄ virtutuz officie scādendo pueneris, nihil est supius q̄ gradiat
ris, vbi ad istuz p̄ flagitia descēdendo corrueris, nihil est inferi⁹ quo
plabaris: Quicquid ergo boni est in morib⁹ propter illū querit, q̄el
quid vero mali propter istuz fugit. Nec impossibile Deo iudicetur,
q̄d naturā posse nō dubiuz ē, vt. s. corp⁹ ardeat ⁊ nō consumatur, et
in incēdio eterno vita p̄maneat, nec finiat, naz et lignuz setiz p̄stat
inflammari posse, sed nō consumi. Est ⁊ quoddaz lini genus, ex quo
tele cōfecte, euz purgāde sunt, in ignez mittūtur nec exurūtur. Un
de veteres reguz, ⁊ principuz cadauera, euz erant cōburēda, ne cinis
eoz cum lignoz cineribus cōfunderet, huiusmodi telis insura cre
mabant. Est ⁊ animal quod naturaliter in caminis ardētibus viuit
pyrallez vocant naturales, adde q̄ sicut ante peccatuz erat humanū
corpus sic temperatuz, vt nō mori posset, sic ⁊ post iudiciuz miro ⁊
indicibili modo fermentabit vt eternis nō cedat incēdijs. Un ⁊ Je
saias dixit, f̄mis eoz non moriet, et ignis eozuz nō extinguetur. Et
quemadmodū beatitudo omnia bona, sic est cūcta mala complexa
damnatio. Octo igitur genera poenaz, que Tullius dicit per leges
infligi (scilicet damnuz, vincula, verbera, talionē, ignominiam, exili
um, mortez, seruitutez) cōtinet cumulatiissime damnatio, hic igitur
sine fine torquetur atroci supplicio, qz nulla fuit in fine religio. At
q̄ saltem in suprema vite vespera resipiscunt, qz peccata in vita relin
quunt, aliquādo poenaz finem inueniunt

**De btitudine cœlestis paradisi. et primo quātum
attinet ad partes intellectiuā** ¶ Ca. xxxi

Libet Tertius

O paradisi gaudijs temere quicq̄ dicere nō ausim, nā sic (vt scribit Iesaię ca. lxiiij. et in eplā Pauli prima ad Corint. ca. ij.) nec oculus vidit, nec auris audiuit, et in cor hominis ascēdit, q̄ preparauit Deus diligentib⁹ se. Quid tētabo verbis exprimere, q̄d in cogitationē nequit ascēdere: Gręci sapiētie deā tritogeniā vocāt q̄ ordinate tria producat, recte cogitare, recte loqui, recte operari, Et Aristote. in libro de interpretatiōe, dicit voces esse notas earum que in animo sunt affectionuz, ex quo seq̄tur lingua nō posse explicari, quod sit impossibile cogitari, dicam tamen aliquid, vt animuz tuum prouocem ad desyderiuz vidēdi ea que mortales oculi videre nō p̄nt. Hoc em̄ desyderiū mentē a terrenis reb⁹ ad coelestia surrigēs, facit adhuc terreni ac mortales sim⁹ saltez ex pte coelestes, nā si veruz est illud. Ubi thesaur⁹ tuus, ibi et cor tuuz. Si thesaur⁹ in coelo habemus, necesse est in coelo esse cor nostz, q̄ si est in coelo coeleste ē desyderia facere corda nostra coelestia, et conabimur ex pauculis infinita, ex minimis ingentia meditari, illo vl maxime moti, q̄d in Gregorij dialogo recitatur. Si mulier in subterraneo ac teterrimo carcere pariat infantulum et ei in t̄nbrois et angustis locis iā adulto velit enarrare coeli altitudinez, mundi amplitudinez, solis claritatez, aurore venustatem, Lune pulchritudinem, stellarum nitorem, terrae latitudinem, veris amoenitatem, animum alacritatem, vocū modulationem, riuulorum gratiaz, hortorum leticiā, odorum fragrantiam, florum redundantiam, et reliqua, nunq̄ verbis cōsequi poterit, vt in miseria illa natus et educatus, cui lucernūcula prolata diez, abscondita, noctem semp induxerit, credat que audierit. Sic profecto nobis in terra natis et enutritis accidit, quod et Christus Nicodemo loquens sic expressit. Si terrena dixi vobis, et nō creditis: quomō si dixerō coelestia credetis: et quidez sicut coelū magnitudine, pulchritudine, altitudine terras añcellit, sic coelestia bona terrenis bonis p̄ferenda non dubito. Hoc inq̄ nō dubito, illatū non cognosco, quia

Libet Tertius

omni imaginatiōe nostra maiora sunt. Partis intellectiue due sunt
potentię. Intellectus, ac voluntas, Intellectui cognitio veritatis,
voluntati possessio comoditatis a Deo grata est, vt nihil possit esse
iucundius, in hac vita ex pte scimus, ex pte prophetamus, sapimus
vt paruuli, loquimur vt paruuli, quia videmus p speculū in enigma
te. Nam corpus quod occidit aggrauat animas, et opprimat sensum
multa cogitantes. Et vt in libro sapiētię dicitur. Cogitatiōes morta
liuz timide et incerte pudentię nostrę. Quo fit vt intellectus cupi
ditas, quātumcunq; hic se ingurgitet et bibat, semp tamen sitibūda
remaneat. At in paradiso, quia facie ad faciem, et cognoscat homo
sicut cognitus est, euacuabitur quod ex pte est, quod puuli est, quod
imperfecti est, eritq; immēso huic nostro desiderio oppido satisfactū
Cum illa omniformis essentia que est prima veritas nostrę se intel
ligētię reuelabit, tum demū illud adimplebit. Tacate et videte quos
niā ego sum Deus. Nunc enī intellectus multipliciuz phāntasma
tum veratus occurru, et quasi puer in venali foro vagus, nunc hoc
nunc illud demiratur, nec vacat, nec videt Deus, sed opatur et labo
rat incassuz, hacten^o de intellectu. Possessionez comoditatis cuius
amicitia ē inseparabiliter annexa volūtati, vita ista nō prestat (teste
Salomone) qui postq; sensibus suis q̄quid desiderabile erat inclus
sit, et omē gen^o voluptatis expertus est, quasi nihil adhuc profecisset
tandem inquit. Ebel ebeliz ve col ebel, interpretat. Vanitas vanita
tum, et omnia vanitas. Uiderat enī omē quod delectat, vl nō satis
are, vel repēte trāsire, et amitti, et sensus ipsos annis recedētibz he
betari, satietatez omniuz fieri, et senescere cuz etate libidinez. Et cer
te patria ista quantumcunq; innocēter ac pie viuamus, sp̄i et deside
riorū est patria, in ea positus propheta dicebat. Gloriosa dicta sunt
de te, ciuitas Dei et Quā dilecta tabernacula tua domine virtutum
cōcupiscit et deficit anima mea in atria domini et Sicut desiderat
Cervus ad fontem aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deum
Sitiuit anima mea ad Deuz fontē viuū, quādo veniaz et appa

Libri Tertius

rebo ante faciem Dei. Sic de fine bonorum hoc est de beatitudine disputant philosophi, et vsq; adeo querentius in hac vita, et nusquam inuenientius beatitudines curiosa succeruit industria, vt (teste Augustino in libro. xix. de ciuitate Dei) naturā sectarum, de beatitudine loquētū ad ducētas octuaginta octo Clarro produxerit, quaz omnium fines si que illaz aliquid verē bonitatis attingūt, noster paradisius abundāter includit, nā sua redundātrissima voluptate, sic omnem volūtatis appetituz inebriat, vt liberū arbitriuz in ea positum peccādi facultate priuetur. Quod tamē non esse libertatē minui, s; augeri, lōge enīz p̄stātor est libertas, ea tm̄ velle posse que displicita s; sint nunq̄s, q̄s ea etiā velle posse, que aliquādo nolle sit necesse. Tunc erit De^o omnia in om̄ibus, hoc est quicq̄d singuli desiderabāt, suppediabit Deus. Quia tāta dulcedine mētib; nostris illa betur, vt p̄fecte cōpleatur quod dicit a propheta. Satiabor cuz apparuerit gloria tua, Vel vt in hebreo ē imago tua, nā in Hebr̄eis codicib; este muneca, q̄d interpretatur imago tua. Hec de intellectu ali seu rationali parte perstrinximus, de sensibus aut ē quo nā pacto beati futuri sint paucis explicemus.

De beatitudine ptis sensitue. Ca. xxxij.

Naturā seu animę potentiam, que et s̄tus et vis appellatur, tunc beatā dicimus, cuz optimū eoz que ab ea capi possunt sic per opationez perfectaz est assecuta, vt sit de eterna ei^o possessione secura, optimuz quod intelligi quo diligi potest, est De^o. S; quod sensibus percipitur non est spūs, Deus aut est spirit^o, a quo igitur beatitudo sit sensuū, non est om̄ium doctor vna sententia. Sūt qui dicant illā immēsz partis intellectinę voluptatez (de qua apud oēs constat vnde sit) redundare, et quasi supfluere, ac in potētias sensibiles derivari, quēadmoduz experimur ex varijs animi accidentibus corpus affici, et quod animo pacato paulo ante valebat bene, nūc animo perurbato egrotare, et quanq̄s ad om̄iuz sensuū gloriāz modus iste sufficiat, tamen de auditu et visu aliquid peculiare dicēdum est.

R 1

Libet Tertius.

audient em̄ iucundissimas Dei laudes vndiq̄ resonare, iuxta illud p̄phete Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabūt te. Videbunt ita coelos, ac omnes coeloz harmoniaz p̄cipi ent, videbūt et ipsuz Christus, et matres, et oīa omniuz beatoz corp̄ora gloriosa, que iaz incorruptibilia, et mirabili decore cōspicua sūt, intuentium oculis taz dulce spectaculuz, vt quod desiderari melius possit, nescituri sint. Id quoq̄ erit visu iucundissimuz, q̄ sicut nunc ex motu corporis animaz inesse p̄cipim⁹, et vegetare ac regere mēbra corporea, sic tūc coelo et elemētis et rebus om̄ibus Deus esse intimum, et in qualibet vniuersi parti totuz conseruare, alere ac gubernare, mundi hanc machinā non dubito cernem⁹ intuitu. Nūc id satis ratio psuadet, et credim⁹ tñ p̄e inscitia nostra naturali nō p̄p̄edim⁹. Tunc aut̄ oculos circuzquaq̄ sūt entes id p̄pendem⁹ tanta em̄ erit vis in oculis, tā a cute vidēdi acrimonia, vt et corp̄oz nrōrum ac elemētōz, et coeli quātitates, numeros, p̄portiones, harmonias, symmetrias, ac naturā omnem beati visu penetrātes inebriādi sint ab vbertate domus Dei, et dicturi. Hęc requies mea in seculuz seculi, hic habitabo quoniaz elegi eam. Adde q̄ beatis nihil erit inuū, nihil clausum, nihil inaccessum, sed mira subtilitate ac agilitate corporis illuc etiā sine peduz ministerio ferētur q̄ desiderabit ardor voluntatis, sic erit animę imperio corp⁹ obediens et subdituz, vt ascē sui nulla moles, nulla cōtinuo motui lassitudo, nullus deniq̄ labor obsistat. Nō defuerunt q̄ dixerunt, et in scriptis reliq̄runt in ceteroz sensuū instrumētis generādam a Deo qualitates, p̄ quā melliflua ac nectarea quadaz voluptate dulcescant. Sed quicquid de huiusmodi qualitate dicendum sit. Unuz est certū, homines eterne vite destinatos, ac Deo per metamorphosim sic instituēdos vt nihil in eis sit non beatū. His p̄mijs donātur, his coronis decorātur a Deo, nō q̄ vrbes aut puincias, sed qui carnē mundū ac diaboluz vicerūt, nec p̄mia victoribus debita soluz reddit, sed plurima ac maxima corollaria, donatiuuz, cōgiariuz, epulū superaddit, que omnia pollicitus

Liber Tertius

est Christus in euāgelio dicēs, faciet illos discumbere, et trāsicēs ministrabit illis ex quo innuitur. Deus sanctis suis omne humanitatis obsequium, omne liberalitatis officium, omne magnificentię gen^o omne charitatis iudiciū exhibiturum.

Quod naturaliter virtus ē honorāda pbatur ex cōsuetudinibus antiquorū **Ca. xxvii.**

Consuetudo antiqua Romanorū fuit, ex lauro p̄mū et ex auro Romanorū coronare triūphantes. Qui obsidione castra liberafent gramine de obsidiōis loco decerpto. Qui ciuez in bello liberafset querna fronte cingebatur. Qui p̄mū murum hostium ascendisset corona muroz insignita pinnaculis. Qui primus in hostiū castra irrupisset, corona vallo decorata castrēsi. Qui p̄mū bello nauali classez hostiū insiliisset donabat corona rostris armata naualib⁹. Celebrabāt Greci sacra certamia, hoc ē Olympiacū, Pythiū, Isthmiacū, Nemeū. Horū victores hieronice vocabātur, et ponebat eis in victorię loco statua. Coronęq; dabātur in Olympicis ludis, pro Ioue ex oleastro, in Pythiis pro Apolline ex delphica lauro, in Isthmiis, itez p̄ Ioue ex pinu, in Nemeis ex apio. Iuxta illō satyrici Graecorū apū meruisse coronę, et q̄ huiusmōi certamina puicissz, dicebat vicisse periodō, hoc est cōsumate virtutis opera ppetrasse. Est enim periodus apud rhetozes, sermonis p̄ perfecta cola continens et comata, cum videlicet sententiā certā quadam descriptione diffinitur. Dicebātur etiam victores huiusmodi paradoxū hoc ē admirabiles, quia videlicet putabātur cunctos mortales fortitudine, ac ea de qua certassent virtute p̄cellere. Singlari etiā p̄uilegio donabat vt vrbē ingressari possent si libuissz, nō porta, s; deiecta muroz pte introire, vt ap̄ Trāquillū de Nerone legim⁹, Capuaz intraturo, his exēplis p̄clare cōcluditur, Naturale semp̄ hōi fuisse virtutes extollere, et eius excellētiā ac diuinitates aliq̄bus egregię laudis, ac p̄cipui honoris, declarare muneribus, hanc deus inclinationem mortalibus dedit et andem ipse habet, propterea nunquam cessauit minis, exhortatio.

R ij

Libri Tertius.

libus, et exemplis per internuncios prius et tãdem per se ipsum nos ad virtutis studium prouocare. Cuius finis ac premiũ est foelicitas non ea quam vita ista promittit, sed illa de qua dicitur. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas domini. Et hæc hactenus de beatitudine.

De Iudicio. et qd Astronomi et doctores etiam Catholici qui tempus iudicij prædixerunt manifeste delusi sunt. Caput. xxxix.

Supremi dies iudicij, et generales carnis humanę resurrectionẽ multi prædicere voluerunt. Sed in omnibus huiusmodi variis cõpertusẽ Christi dicitur eẽ verissimũ. Nõ est vestrum scire tpa et momẽta, quę pater posuit in potestate sua. Lactantius allegas illud psalmi. Mille anni in cõspectu tuo, tãqz dies hesternæ q̄ præterijt, sex milibz annis, credidit mūdũ duratur, quot diebus eẽt cõditus ab initio. Concordat huic sententię quod legitur in Talmud hebreoz, In eo nã libro vbi agitur de Idolatriis scribitur, filios Deie q̄ fuerunt antecessores nostri, filij pphetarum Carmelitę, sic dixisse. Sefet alapim sana sia holaz, sene alapim tou, sene alapim tozat sene alapim dies messie, quod sic interpretatur. Sex mille ani fuerunt mundi, hoc est assignati sunt mũdo a Deo, duo millia vanitatis et inanitatis, qz sine lege trãsierunt, duo millia legis, duo millia Christi. Eodem fere modo lapsi sunt Methodius, Beda Eusebius, et alij q̄ sex dies operationis diuine, et septimũ quietis frustra cõtemplantes, et cuilibet diei chiliades supstitiose satis assignãtes ad summas septẽ milium annoz duxerunt excursus seculoz. Huic cabalisticę numerorũ rationi videtur alludere, quod a catholicis doctoribz et præcipue quod in fine librorum de ciuitate Dei dicitur ab Augustino. Sex scilicet eẽ mundi etates, et tẽporis huius nostri seculi articulos. Primã ab Adam ad Noe, secundam inde vsqz ad Abraham, nõ equalitate tempoz, sed numero generationũ. Denis eniz generationibus ambę terminãtur. Hinc sicut Mattheus recitat, tres etã

Libet Tertius

res vsq; ad Christi subsequuntur aduentus, que singule, denis & quater-
ternis generationib; implentur, ab Abraham vsq; ad David vna, altera
inde vsq; ad trasmigrationē Babylonicā, tertia in vsq; ad Christū
Sexta que nunc agit que finē sit habitura nō dixit, hūc finē volēs
q̄busdā signis Christi ondere dixit. Surget gēs cōtra gentes & erūt
terremotus magni, et pestilētie, et fames, quibus verbis mor⁹ Gre-
gorius, cum videret multa ex his que dicuntur a Christo tempestate
sua contigisse, putauit adesse diem iudicij, veruz pphetie ac vaticinia
omnia, tot sunt obscuritatibus obūbrata, tot ambagib; inuoluta
vt nisi iam adimpleta possint vero nunq; intelligi. Iustiniani impe-
ratoris tempore circumferebatur oraculuz, quo dicebatur munduz
cum prole sua periturū, cuz ad Romanuz imperiū Africa redyisset
et cum eo tempore Belisario duce, strenue rem agente redyisset, puta-
batur in foribus adesse iudiciuz. Subpauidi ones arrectis animis
circumspectabant, vnde conflagratio generalis erūperet. In hac cō-
muni gētuz ac populoz trepidatione ac tumultu, pugne cuiusdā re-
pentin⁹ euent⁹, cū summa omniuz admiratione pene ac risu declarauit
oraculum Nam post receptam Africam, cum vellet idēz impera-
tor liberare a Gothis Italiā, duces nomine Mūdum, ad preclari idēz
negocij misit cuz exercitu, q̄ in ipsis Italię faucibus, contra Gothos
infolicitē pugnās, cuz prole occisus est. Mox cum rumor increbui-
isset. Mūdū ducē perisse, vaticinio intellecto, timore iudicij func-
tus est Mūdus. His adiungēdus est error Astronomozum, tam
Hebreozum q̄z nostrorum temeritatem suam frenare nolentium.
Abraham Hebreus astrologus, qui princeps cognominatur a suis
is, cōiunctioni Jouis cuz Saturno Mosis natiuitatez regnū Is-
rael, et legis promulgationē attribuit, et cuz anno Christi millesimo
quadringētesimo q̄dragesimo quarto. in Cācroz, rursus post ānos
viginti. hoc est. M. cccclxiiij. in piscib; futurā preuideret eā cōiunc-
tionem, putas redeunte causa redituz effectuz. Mesā in altero pre-
dictozum coitū expectari debere p̄cinit, sed nō solum non venit s; ea
R iij

Liber Tertius

tempora tãta Judæorum strages est insecuta, vt ex omni Hispania vbi opibus et multitudine plurimũ coaluerat, nostris dieb⁹ a Ferdinãdo rege finito Granatẽsi bello ad vnuz oẽs etiã eieci sint Arnald⁹ etiã nosster varicinari voluit año Christi. M. cccclv. ob cõuentũ triuz superiorũ planetarũ in aquario, vl' M. cccc. lxxiij. ob conexionem supradictorũ Saturni et Jouis in piscib⁹, vcturuz Antichristum. Sed cuz ea tpa iaz preterierunt, agitur et nunc a Christo años M. cccc. xlvij. eos pfecto ignorãtes, arrogãtes, mēdaces, leues, et ridiculos, nugigerulos declarat euentus.

¶ Futuram esse diem iudicij

¶ Ca. xxx.

Sed quanq̃ sit incertum iudicij tempus, certuz tamen est futuruz iudicij, nã carnis resurrectiones et Platonici concesserunt, et Sibyllę p̃fagierunt, et p̃phetę p̃dixerunt. Christ⁹ cõfirmat p̃dicat apli, nũciant astronomi, et q̃d plurib⁹ opus ẽ: Conflagrationis extreme memoria vel a demonib⁹ ẽdita, vel a coelo postensa in antiquis gentiliuz libris celebratur, inde illud Duid, in primo Metamorphoseos libro de Ioue loquentis.

Esse quoq̃ in factis reminiscitur, affore tempus

Duo mare, quo tellus, correptaq̃ regia coeli

Ardeat, memini me apud Petruz Aponensem in eo libro, qui consiliator inscribitur legisse, tempore diluuij generalis planetas omnes sub aquatico piscium signo conuenisse, et conspirantibus astris in animaliuꝝ perniciem coelũ coniurasse, forte pari modo volunt aliquãdo futurum, vt planetis omnibus in Leone coniunctis, qui flãmis gerantis est nature, virtus ignis supra moduz excrecens ceteris elementis et cunctis animãtibus moliarur interituz, sed quia hinc sequi videtur diem illaz ab astronomis posse p̃uideri, vt pote qui peritiam habent motuũ coelestiuꝝ. puto hinc admirãduz ac terribilez effectuz nõ a coelo, sed a Dei volũtate pendere, que cuz sit etiã angelis et beatis inscrutabilis, p̃sciri nullo modo iudicij datur nisi a deo ipso reuelẽt, et cuz apostolis id scire desyderãtib⁹ et sup eo Christum

Libet Tertius

interrogatibus, responsus fuerit, non est vestrum scire tempora et momenta, quae pater posuit in potestate sua, credo id frustra sperari a posteritate, et satius esse desistere ab hac tam curiositate temeritate. Non delunt etiam nostris temporibus, quae dicantur appropinquare tempus Antichristi, quaedam quoque prophetam breui nasciturum quae magnam moerorem et legum varietatem inducat, fuerunt quae dixerunt a Christo usque ad Antichristum, mundum sex aetates habiturum. Et primam fuisse apostolorum, secundam martyrum, tertiam doctorum, quartam anachoritarum, hoc est secedentium, ut Pauli primi heremite et Antonii ac similium, quintam monachorum, sextam mendicantium, et hac euoluta, putant Antichristi tempus affuturum. Sed cum omnia sint incerta et plena fabularum, illud Christi tenendum est. Estote parati, quia hora qua non putatis, filius hominis veniet.

De Helia patre Carmelitarum. ante diem iudicii praemittendo.

Caput. xxxi.

Helia patrem nostrum praemittendum a Deo, canit Malachias, sic enim iij. capite dicit. Ecce ego mittam vobis Heliam resurrexerit, antequam veniet dies domini magnus, et terribilis, vel ut interpretati sunt septuaginta, illustris qui conuertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres, ne forte veniens, percutiat terram anathemate, vel ut translulerit septuaginta, penitus. Ad quid hoc peculiariter praemittat Heliam declarat Augustinus. xx. li. de ciuitate Dei ca. xxix. dicens cum exponendo leges spiritualiter ac mystice conuersum corda patrum ad filios, et filiorum ad patres, hoc est opere impletur ut filii quae leges formaliter interpretantur, tum temum ea sic intelligant, ut sancti patres eorum intellexerunt, et ideo cum Christo in transfiguratione Moyses et Helias recte apparuerunt, ut ostenderet vterque legis sensus, per Moysen literalis, quem Iudei in coecitate sequuntur, et per Heliam mysticus, tenent electi Christo consentire ac testimonium ferre, conflaturum orbem, morituros homines, atque resurrecturos, Christum in maiestate venturum ac apparitum, et de misericordiae operibus scrutinium habitum, bonos in vitam malos in ignem missum non dubitamus. Si vero haec ad ple-

R iij

Libert Tertius

num scire desyderas, quod ut facias etiam atq; etiam te hortari non desino, Augustini vigesimum librum de ciuitate Dei frequenter es uoluas, ipse namq; testimonijs vndiq; contractis, lrās nostras atq; gentiles vet^o instrumentum atq; nouuz excribēs summo ingenio, summa diligētia de ijs luculētissime disputauit, hęc sunt q̄ si memorie tenueris et frequēter quasi ruminādo meditatuz fueris, egritudinis tue molestias patiētissime feres, et cōstanter huius vite mortalis bona eque ac mala peritura cōtemnes

De sacra scriptura. et primum cur a deo suauibilis **Ca. xxxij.**

Quāgnuz et mirabile cōtra corporis dolozes et animi tristitiā, inuenies ex sacre scripture lectione remediuz, et certe iudicio meo null^o est sermo q̄q; sit acuratissime cult^o, et summa eloq̄tia ornatus ac splēdidus, q̄ mentes egras magis cōsolari et curas eque possit demoliri. Feci ego p̄ sepe piculu3, nā cuz fueri aliq̄n circū uētus mltis āprietatib^o (quaz feracissimā est turbulēta ista mortaliuz vita) p̄ fugi sp̄ ad codices sacros taq; ad arce3 munitissimā, et p̄ntas neū medicamētuz āimi laborātis, et q̄d in eis q̄rebat leuamē inueni, nec a spe, nec a desyderio meo su3 fraudat^o. Sepenūero meū cogitauī, vñ taz suauibilis sit ista sc̄ptura, vñ tā potēter influat in āios auditoz, vñ tñ habeat energie, ut nō ad opinādu3 rātuz, sed ad solite credendū omēs inflectat, nō est hoc imputādu3 rationuz euidētie quas nō adducit, nō artis industrie, aut verbis suauib^o, et ad p̄suasōdu3 accommodatis, quibus nō utitur. Sz vide an id in causa sit, q̄ p̄suasi sumus eaz a p̄ma veritate fluxisse, sed vnde sum^o ita p̄suasi nū si ab ipsa: quasi ad ei credendū nos sua ipsius trahat autoritas: Sz vnde oro hāc sibi autoritate3 vēdicauit: neq; enim vidim^o nos Deū concionāte3, scribente3, docentē, tamen, ac si vidissem^o, credim^o et tenemus a spiritu sancto fluxisse q̄ legimus, forsitā fuerit hęc rō firmiter adherēdi, q̄ in ea veritas sit solidior, q̄uis nō clarior, h3 enim omnis veritas vim inclinatiuā, et maior maiorē, et maxima maximā

Liber Tertius

nam. Sed cur ergo non omnes credunt euangelio? Respondeo, qd non omnes trahuntur a Deo. Sed quid longa opus est disputatione firmiter sacris scripturis ideo credimus, qd diuinam inspirationem intus accipimus

Contra philosophos dicentes credere nos scripture sacre ppter consuetudines Ca. xxxij.

Oscunt philosophi virtute consuetudinis id effici, etenim ut aiunt illa, in quibus fuim⁹ et nati, et ab infantia imbuti, et hacten⁹ educati, sic nos afficiunt ut ea reliquere quasi naturalia non possimus. Verum id friuolum, quomodo namq; pprias etes, quomodo patriam, quomodo parentes qui nos genuerunt, a quibus his imbuti et educati sumus, vnq; relinquerem⁹, si consuetudini tantum tribuim⁹? Que fuit vnq; consuetudo longior, perenior, blandior, dulcior, qm ea q inter parentes et liberos intercessit: et tamen relinquit homo patrem et matrem, et adheret vxori sue. Sed dices id fieri, qd omni consuetudine natura sit fortior, et qd id fateor, et erit iste nihilocus ad arguendum, si est consuetudine natura validior, ut obicit, cur ergo non naturalis q fidei non consentit, fides non frangit, neq; n. virginem peperisse et Deum concepisse natura psuasit, imo et dissentit. Cur ergo consuetudinem sicut in abducendis a parentibus liberis, sic et in credendis natura non vincit? Inest ergo scripturis sacris nescio quid, imo scio qd natura sublimius, i. inspiratio facta diuinitus, et diuine irradiationis influxus certus. Quod si et aliarum religionum Hebraice et machometane exempla pduxeris, in quibus est ascensus qui non diuino influxui sed imputandus sit consuetudini. Respondemus eorum religione contineri humilia, et nihil fere supra terrena ac humana, quibus credendis cum non multum natura reluctet. Consuetudo facile opitulatur, nostra vero sunt sublimia, diuina coelestia, creditu difficillima, quibus cum fortior consuetudine natura contradicat, necesse est ut inspiratio faueat. Ex q forte concludi non immerito possit fidei, spei, et charitatis habitus acq; sitos non sufficere, sed infusos cum inspiratione haberi oportere.

Liber Tertius

tere. Nō magni ergo momenti (vt dicere coeperam) esse nō pnt verba, q̄ spiritu sancto inspirate sunt. Quā mentib⁹ multorum fideiū, seu religio, seu magis q̄dam superstio id faciat, iā duduz infedit vt sacroz s̄boz sensus ad q̄cūq; opanduz nō sufficiat, s; opus eē s̄ba ip̄a in ea qua p̄muz plata sunt lingua pferri, quod sentire videt. Quā genes in p̄mo libro contra Celsūm dicens, demones s̄bis q̄busdam lingua illi⁹ vbi loco sortiti sint, a Magis coartari, ab alteri⁹ lingue vocabulis, sensuz eundez faciētibus, quasi magū nō audiāt, nil moueri: habet igitur vitale nutrimentuz venerāda maiestas sacraz sc̄pturaz, p̄pterea cū audisset Christ⁹ p̄pter parabolam de his q̄ intransia per os, nō coinquant animā, quosdā insipientes a fide recessisse, et ideo aplis dixiss; nunq̄d ⁊ vos vult; abire: Rōdit Petr⁹, verba vite eterne habes, ad quē ibim⁹: est in eis s̄bis vestita nuditas, multiplex simplicitas, sublim; humilitas, ⁊ habilis vniuscuiusq; ingenio subtrūitas, ē in ea q̄d rudib⁹ foris pateat, et q̄ eruditos introitus ad ducat ē q̄d fortiores robuste exerceat, et q̄d ibecillis vitro se exhibeat.

De multiplici sensu sacre scripture **Ca. xxxiiij**

Scriptura sacra nulluz putamē h; nihil diminutū, nihil ociosuz, nā non s̄ba soluz, vez et res ⁊ facta significāt, si sensuz s̄boz attendis, historiā habes, si significātiā rez aspicias, vt q̄ agnus typic⁹ Christū significet, allegoriā vides. Si ad mores referas, vt q̄ Chūs a nobis cū s̄tutuz odorib⁹ est querēdus, q; sancte mulieres cū aromatibus ad monumētuz venerunt, tropologia est, si ad coeluz rez transferas. Ut cū p̄ Hierusalez coelestis patria designatur anagogiaz facis. Hūc et Hebrēi sensuz hunc quadruplicē in sacris literis. Literales appellāt Pēfat, hunc sicut apud nos Nicolaus Lyza, sic apud eos Rabi Salomon, et Clemei pertractarunt. Allegoricus dicitur Midras. Unde exat Midras Rut, et Midras celet, hoc est mystica Rut, et Eccl. astis expositio, ⁊ doctores thalmudici hanc sequuntur. Tropologicā appellāt Sechel, in q̄ Abzaham ab Nazara ⁊ Leuibē, Ber son ⁊ Rabi Moyses Aegypt

Libet Tertius

tius defudarunt. Anagogicus autem Cabala nuncupat, nā expositio illa legis, tāto verior quanto abstrusior, quā Moyses ab ore dei dicitur accepisse nō ex libris discibat, neq; enim scripta erat, sed a docente suscipiebatur a discipulis tanq; res sacra et habenda inter arcana Cabala nanq; susceptio interpretat, et hec expositio a literalis sensu ad anagogicū quasi a terrenis ad coelestia volare cōtendit. Sensus hunc quasi animā legis, et verborū medullā ne amitteretur post captiuitatez Babylonicā Esdras quocūq; septuaginta duob; sapientib; in scriptis redegit, et in septuaginta duo volumina digessit quē Deo p̄cipiente palā legenda nō proposuit, sed soluz legis spiritus, ac in sacraz litterarum studio exercitatis ac sapientib; vitis communi cāda edixit, hos sensus Paul; apostolus spirituz vocat, cuz rep̄t hēdens Judēos, qui soli lrāli innitebātur dicit, lrā mortificat, spiritus autēz viuificat. Notandum insuper hos sensus posse Moysis faciē em oppilari, lrālez at esse veluz ei suppositū, quo ad huc Judēoz prospectus (ne veritatez videant) impeditur, ppter qd Malachias p̄pheta dixit Heliam Carmelitaz patrez p̄phetaz magnuz et admirabilēz, ante Christi aduērum ad iudiciūz p̄mittēduz, q̄ scripturā spirituāliter exponens, et velum a faciē Moysis detrahens, patrum ad filios corda conuertat, sensus hos mysticos credimus Christus tradidisse discipulis, cum (vt scriptum est in euangelio) aperuit eis sensum, vt scripturas intelligerent, de his etiā intellexit cum dixit, scrutamini scripturas, ip̄e testimoniūz phibent de me sed ideo defecerūt scrutātes scrutinio, qz quod erat in sensu q̄rebant in textu, q̄ vero ad hos sensus sit recurrēdu, docet ip̄e Christus, q̄ fere sp̄ mystice loq̄batur, vt in parabolis ei; manifestat, cuz igit eodez sp̄u quo Christus loq̄batur, data lex fuerit, innuit q̄ sic q̄renda sit veritas in p̄bis legis, sicut modo q̄ritur in Christi parabolis

Quā et cur scriptura sacra arce legis p̄pat Ca. xxxv.

Scriptura sacra foederis arca est, intus et foris deaurata, aurum interius charitas in Deum, auruz exteri; dilectio est

Liber Tertius

in proximum. In arca tria sunt. Lex Dei, virga Aaron, et Manna
Lex docet quid agendum, a quibus cauendum, dat precepta moralia
queque sunt de lege nature, in sua adhuc maiestate perdurant, dat precepta
ceremoniarum, hoc est sacrificiorum. Veteres enim sacra ceremonias
appellabant, hec quia Christi quod verum est sacrificium erat figura,
Christo veniente cessauerunt, et que sunt in melius commutati, dici
destructa et soluta non debent. Non enim venit Christus soluere legem
sed adimplere, et ut supradictum est consummare. Est quia in melius
commutat non soluit, sed quod minus erat, quod inchoatum, quod
vacuum, supplet, perficit, et adimplet, pro omnibus. n. antiquae legis sa-
crificiis, vnicuique Christi sacrificium nos habemus, et quod Christus ille
agnus sit, quem Iudei quinta decima Marcij luna paschalis solen-
niter offerrebant Iohannes Baptista, a litera ad spiritum, hoc est ad sensum
transiens allegoricum, manifestat eum inquit. Ecce agnus Dei, ecce qui
tollit peccata mundi, ac si diceret, non ille agnus animal brutum, ut ver-
borum textus, sed iste, ut innuit spiritus et sensus saluare nos potest. Dat insu-
per iudiciorum precepta, que si placent, obseruare permittimur, dum mo-
do non putemus ea veteris instrumenti auctoritate seruanda. Nam quod
ad hec, instrumentum illud est antiquatum, rescissum abrogatum, sed si ex-
re esse videatur denuo institui, et legibus haberi non veritum, quod si
fiat, debent obseruari et pro legibus haberi, vniquodque (ut diximus) non
a veteri instrumento sed a noua sortietur instituto. Item in arca est vir-
ga, quia in scriptura sacra est imperium quo regimur, cuius auctori-
tas descendens a Christo in summis pontificibus transit a pontifice in impe-
ratorem. Pontifex. n. est mediator Christi et hominum. Nam regnum
Christianorum magis est sacerdotium dicendum quam imperium, dicere Pe-
tro apostolo, genus electum, regale sacerdotium. Quare pontificatus
non in locum imperij subrogatus, sed imperio est suppositus, ut a pon-
tificatu regat imperium, et quod pontificatus sanctitas faciendum ar-
bitratur, imperatoria maiestas exequatur. Unde et duplex est gladius
vniuersus, vnus spiritualis, qui est pontificis, alter temporalium, qui potest

Liber Tertius

tifici et imperatori est cōmunis. Sed habet eum pōtifex in vagi
conuersum. Imperator vero tenet manu strictus, in vaginaz puer
sus est autoritatis possessio, manu autē strictus autoritatis execu
tio. vterq; a Christo pōtifici, alter a pōtifice datur Imperatori. Vir
ga hęc aliquādo florēs aliquādo arida, aliquādo mollis, aliquādo du
ra. Nostrę enī gentis imperiū, nunc humile, nunc sublime, nunc
flexibili et lenta, nunc ferrea et rigida vtitur potestate, quia nōnunq;
iusticia seruiēs agit, nonnunq; equitas inclemētiā, et misericordi
am mitius dulcescit, cum floret autes nō terreni rois, sed diuinę
futuris id opus est. Nā Christianę gentis imperiū coeleste, non hu
manum agit arbitriū. Item in arca est māna, quia scriptura sacra
spe futurę vitę et coelestiu; bonoru; promissione, in hui; vitę desero
to nos pascit, donec extincto Mose, Jesus est alter dux in terraz res
promissionis inducit. Testamentum vetus misterijs ac figuris est
refertum quarum multę iā diu intellectę, multę quotidie reuelātur
multa in futurum ab eodem spiritu qui eas cōdidit docenda seruan
tur. Recitat Plini. de hist. natur. li. octa. ca. vigesimo septimo. Ue
nenatis pabulis cynere herba ceruos mederi, percussos a phalāgio, qđ
est aranei genus cācros comedere, cuz vulnerati sunt dictami, pastu
sagittas eūcere hirundines vexatos pulloz oculos Coelidonia sanas
re. Mustelam in muriū venatu ruta se fouere, anguez hyberna las
tebra visu obscurato herbę marathro sese apricantem oculos repara
re. Elephātem cameleōte deuorato, qui herbę est cōcolor, oleastri fo
lijs veneno occurrere. Quęadmodū his et alijs animalibus reme
dia morborum dantur a natura, sic nobis a Deo contra spirituales
morbos data est scriptura, dicente Paulo Quęcunq; scripta sunt,
ad nostram doctrinaz scripta sunt vt per patientiaz et cōsolationez
scripturaz spem habem;. Primo igitur loco scriptura sacra tibi les
genda est. Secundo doctoꝝ codices approbati. Tertio philosophi,
qui de moribus disputāt, et poętae graues, qui mira eloquentię sua
uitate philosophię seueritatez cōdiunt, supciliūz ponunt, frontem

Si

Libet Tertius

caperataz extendunt, et veternosum ei senium auferente, venustatis gratiã, et iuuenilem quẽdam decores inducunt, nihil em̄ est aliud vera poesis q̄ philosophia q̄dam mystica, fucata, interpolata. Quarto historie, ac spiritualiuz ciboꝝ varietate refectus in hac pulchra ac sancta supellectile cõstitutus, potes et egritudinis vitę perferre molestiam

De sanctorum imitatione

Ca. xxxvi

Templa fortitudinis, ac paciẽtię, spei, lōganimitatis, et perseuerantię frequẽter legẽda sunt, et semp habenda est añ oculos sanctimoniam cõfessorum, pudicitiam virginuz, cõstantiam martyꝝ, hoc sit speculũ ad quod animę tuę, quę spõsa est Christi caput amicitias, faciem lunias, sinuz exornes, vt in vestitu deaurato, charitatis circũdata varietate virtutum, cuz huius vitę noꝝ p̄cesserit, et eterne vitę dies illuxerit, ambulare honeste valeat inter triumphales choros paradisi, et habens vestẽ nuptialem, possit eternis adesse cõuiujs, bona illa Romanoz antiquitas, q̄ virtutuz lapidib⁹ orbis terrarum fundabat imperium, vt ad imitãdum iuuenes puocaret, p̄agebat in cõuiujs egregia maioruz facinora cõprehensa carminibus. Simili officio religiosi oēs et nos p̄cipue cuz cibo reficimur, semp vnuz nobis cõtentiose legentẽ om̄es auscultam⁹, et cũ silentio comedẽtes erectis ad cõcionãtes nõ oculis, sed mētibus fere semp auidius sumimus animoz ad mensam alimenta q̄ corporoz, et certe (iudicio meo) p̄det hinc magna ps religiosę vitę, quid em̄ est aliud cõmunis hæc lectio, q̄ vitioꝝ extirpatio, spiritualis p̄fect⁹ exhortatio, et quedã generalis virtutuz irrigatio: Cõuerte ergo mentẽ ad cõtemplãda gesta sanctoruz, et quasi tuaz p̄tesus ignauiam q̄ nihil adhuc egeris viro dignum, mitte manũ tuaz ad fortia, et vigorem, elationẽ, ac sublimitatẽ illoꝝ emulare. Cũ videris in pueris, vt in viro, in fœmineo sexu vt in Catharina, in paganis ipsis q̄ Deus ignorabant, tantaz experimẽta virtutũ pudebit te, q̄ vir, q̄ Christian⁹ es, cui coelũ i hereditatẽ p̄mittitur, vnã egritudinez ferre nõ posse. Lege Reguz libꝝos inue

Liber Tertius

nies reges David in aduersis omnibus q̄ multa p̄pessus est, patientē
pius, mitez, longanimē, et a Dei timore nunq̄ discedentē, et in psal-
mo d̄r. Ego autē in flagella parat⁹ ium, et fact⁹ sum sicut homo nō
audiēs, et nō habens in ore suo redargutiones, qm̄ in te dñe speraui
tu exaudies me dñe Deus meus. Lege Ezechiaz regē in lecto iacen-
tem cuz lachrymis cōuersum ad parietē, q̄ndecim vitę ac sanitatis
ānos impetrasse. In sc̄do Machabeoz reperies matres cuz septem
filijs p̄ paternis legibus tyrāno resistere, et cōtemplatus animuz in
foemina plusq̄ virilē, ne habere iudicē in virili corpore animum
foemineuz, fortius nisi fallor eniteris. De nostris, hoc ē de Christianis
nihil dixerim. Sunt em̄ om̄ia huiusmodi exemploꝝ plena volu-
mina. Et Christianę vitę regula est, mala pati, et mala nō reddere,
p̄fectionis nostrę summa hęc est, p̄cutienti vnā maxillā prebere et al-
teraz, auferenti tunicz donare et palliuz

De assidua dei deprecatione. Cap. xxxviij.

Superest, vt Deo ac Dei amicis assiduis supplicationib⁹ te
commendes, et vt amici Job egrotāti cōsulebant ad sanctos
rum aliquē conuertere. Sic futuruz est vt saluis mercib⁹ et nauis, ves-
tis passis, ventisq̄ secundis, cuz magno meritoꝝ p̄uētū ac foenore
portuz sempiternę quietis introeas. Quaz tibi mihiq̄ cōcedat pa-
ter misericordiaz, et Deus toti⁹ consolationis, q̄ consoletur nos in
omni tribulatione nostra Amen.

Hęc habui de tenui facultate mee penurte, que diuturnę nostrę
amicitię, et mutue charitatis officio dederiz. Tu ex ingenij tui ferti-
litate ac copia, ex laboris tui opera ac industria cōquires plura atq̄
meliora, que his nostris adiuncta tibi ad cœlestem patriā properan-
ranti erunt pro vehiculo **Tale.**

ΤΕΛΟΣ,

S ij